Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



quoniam ipse cognouit figmentum nos
trum Recordatus est quoniam pulus su
mus homo sicut fenum dies eius tan
quam flos agri sic efflorebit Quoniam
spiritus pertransibit in illo et non sub
sistet et non cognoscet amplius locum
suum Misericordia autem domini ab eterno et
usque in eternum super timentes eum Et iu
stitia illius in filios filiorum his qui ser
uant testamentum eius Et memores sunt
mandatorum ipsius ad faciendum ea Do
minus in celo paravit sedem suam et regnum ipsi
omnium dominabitur Benedicite domino omnes
angeli eius potentes virtute facientes
verbum illius ad audiendam vocem
sermonum eius Benedicite domino omnes vir
tutes eius ministri eius qui facitis vo
luntatem eius Benedicite domino omnia
opera eius in omni loco dominationis eius